



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Variorum In Europa Itinerum Deliciae**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Lipsica. In Lipsiam Jul. Cæs. Scaliger.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

resuscitaturum mortuos in Domino, ad æternam vitam  
& lætitiã.



## LIPSICA.

IN LIPSIAM JUL. CÆS.

SCALIGER.

**L**ipsia, se ostentans sublimibus aurea tectis,  
Lumina dum saturat, mens perit icta fame.  
Vecta quibus ratibus longinqua marmora terra?  
Unde frequens flarvi pura nitela Tagi?  
Huc Cyprum, huc Temesum, huc Arabas, huc Serica dicei  
Sedibus evulsa huc Indica regna suis.  
Cum gemma bibitur, vincuntur neclare gemma:  
Sed lingua varius vincit utrunq, nitor.  
Nec Germana tamen vitiatur Lipsia luxu:  
Ast hunc Germanum Lipsia magna facit.

## INSCRIPTIONES.

IN CURIA

Supra januam Synedrii.

Erstlich/wenn ihr zu rath seht geseffen/  
Sollet ihr Gottes vnd ewers ands nicht vergessen.  
Zum andern/keiner sachen nicht vorwagen/  
Vor allen dingen von gemeinem nutz raths schlagen.  
Zum dritten/den armen halten als den reichen/  
So wird Gottes gnad nicht von euch weichen.  
Zum vierten/die bösen ohn alle gnad strafen lan/  
So wird ewer Regiment in allem guten bestan.  
Werd ihr aber das verachten vnd trencken/  
So wird euch Gott in das hellisch fewr versencken.

IBIDEM.

Perditus est cupidé qui turpia scœnora captat,  
Fraude suam parto ditet ut are domum.

Aa ij

*De malé quasitis ni tertius excidat haeres,  
Nec quartus certé nullus adire potest.  
Sed magis ille sapit, Domino qui fidere novit,  
Inq; sua degit conditione pius.  
Hunc ultro sequitur cunctarum copia rerum,  
Et velut in somno quod cupit omne, capit.*

## D. O. M.

Simon Pistorius LL.D. obiit III. Non. Decembr. An.  
Christi M. D. LXII. ætatis LXXIII. pater liberorū XXIII.

VITA NOSTRA FIDEI VITA EST,  
NON CONTEMPLATIONIS.

*Clauditur hoc tumulo Simon Pistorius, is qui  
A patre præclaro nomen avoq; tulit.  
Saxonica vixit qui Cancellarius aula,  
Ultra quinq; gerens lustra regentis onus.  
Ingenio præstans studio indefessus, honore  
Summus, consiliis utilis, ore potens.  
Quod mortale fuit tellus tenet: indita fama  
Nominis hand ullo stat violanda die.*

Patri clariss. filii mœstiss. P. C. P. C.

Simon Pistorius artium & LL. Doct. in erudita familia  
natus, magnis honoribus functus, eruditos & honoratos  
linquens filios superstites: quem urbs Papia docuit, patria  
Lipsia ornavit, Aula Saxonica observavit, sub hoc saxo  
corpore conditur, animo vivit felicitate sempiterna. Obiit  
anno M. D. LXII. die III. Decemb. hora v. pomeridiana.

## M. P. S.

Magnifico & ampliss. viro Domino Modestino, Simo-  
nis F. Simon. N. Nicolai pron. Pistorio Jurisc. & Facult. in  
studio hoc Lipsiæ ordinario: Qui cum proavi Cos. Lips.  
& avi Medici utriusq; præstantiss. & patris Jurisc. summi  
ac magnif. viri nomen celeberr. & Pantsman. honestiss.  
genus maternum, propria ac singulari dignit. virtut. sa-  
pientia laude, & cum aliorum titulorum, tum consularis  
muneris in hac urbe insignib. clarius ornatusq; reddidisset

set; post obitum lectiss. foemina Barbara conjug. S. Magnif. & ampliff. viri domini Ludovici Fachs filia, secundi conjugii gravida uxore relicta, & ipse pie ac religiosè ex hac vita excessit, cum max. non suorum modò, sed totius civit. atq; externn. quoq; luctu. an. Christi M. D. L X V. cum vixiff. an. XL VIII. M. I X. D. VI. superstitt. liberi piæ & honorificæ memoriæ ergò, parenti S. cum omni reverentia cariff. H. M. P. CC.

## A L I U D.

Paulo Vetzero, patriâ Nördlingensi, Doctori Medicinæ, honore, & dignitate præstanti in Academia Lipsica: qui anno Jesu Christi M. D. L II. die III. m. Martii M. O. C. V. anno L I I I I. & Magdalenæ ex antiqua hujus urbis Baurorum familia secutæ maritum migrando ex hac vita anno Christi M. D. L X I. die XXVI. mense Maji: sororiq; Mariæ, cujus natæ anno Christi M. D. XL II. sextus vitæ dies ultimus fuit: in fide Jesu Christi piè & religiosè confopitis parentib. b. m. & cariff. sorori S. Paulus filius & frater honorificæ & firmæ memoriæ ergò H. M. F. C.

Requiesce in spe resurr. in vitam sempit.

*Hac materq; paterq; mihi carissime, vester,*

*Et modò conspectâ mortua luce, soror,*

*Filius & frater posui monumenta sepulcri,*

*Ipse opere hoc luctum testificando meum.*

*Cætera narrabunt alii. Memori & mihi grato*

*Officium, satis est persoluisse meis.*

Joachimus Camerarius Papebergensis O. an. Christi M. D. LXXIIII. die XVII. April. commendans sese immensæ misericordiæ divinæ, in fide Jesu Christi salvatoris generis humani. cum vixisset annos LXXIIII. dies v.

Anna uxor ejus ex familia Truchsessorum de Gruenberg. O. anno Christi M. D. LXXIII. die xv. Julii, cum vixisset sine omni querela cum marito ann. integros XLVI. Parentib. optimis liberi mœstissimi P. C.

H.L.S.E. corpus opt. disciplinarum & artium Magistri Leonhardi Lycii, Professoris eruditæ doctrinæ & physica Philosophiæ in Academia Lipsensi, viri probi, & omnibus bonis cari. Quod, cum extulisset ipse antea in commune cœmiterium carissimam conjugem suam, filiola una suscepta, & conservato deinde casto toro, Anno XII. hac in sacra Academiæ æde sepeliri placuit, piè & religiosè mortui. M. Vlis die XI. Anno Christi M. D. LXX.

## A L I U D,

Siste viator gradum, pii manes te rogitant. Monumentum quod cernis Hugoldo Pflug est conditū. ast ipse longè aliud, quod nullis unquam consenscit seculis, sibi liberalitate ac virtute insigni vivens posuit. Vixit annos XLVI. Mortuus XXV. Septemb. Anno \* Hæc te scire volui. Ave amice. Vale.

## IN ÆDIBUS FINKELTHUSIANIS.

Christianus.

*Mundi cum species pereat citò, gloriaq; omnis;  
Qua via dic vitæ Paule sequenda mihi?*

Paulus.

*Vive Deo, justè partis rectè utere, & hora  
Quamvis mortalem te simul esse scias.*

## IN VICINIS ÆDIBUS.

Commorandi nobis aliquandiu hîc tempus concessit natura, locum permanendi non dedit. Quid ergo in caducis superbis Terra & Cinis?

*Sic transit gloria mundi.*

## IN ÆDIBUS HORTORUM D. MARCI Pfeifferi.

*Cum meus in medio dominus me poneret hortos;  
Nocturnis terror furibus, inquit, eris.  
Jam dices, quis te metuet casa muta? sed audi,  
Injustum terret qualibet umbra virum.*

IBI.

## IBIDEM.

*Heus tu, quisquis in hac furtim viridaria reptas,  
Ne continge tua non tua poma manu.  
Sed tangis, video: faxit Deus ergo quod opto  
Cum malis nostris & mala nostra feras.*

IN ÆDIBUS D. AUERBACHII  
interioribus.

*Qua neq; pauperibus, neq; mole potentibus auri,  
Nec pueris novi parcere, nec senibus:  
Mors vocor, impositum nunquid malè dixero nomen?  
Quòd fugere à morsures nequit orta meo.*

HOMO BULLA.

## IBIDEM.

*Ædificandi omnis ratio à necessitate primùm orta est,  
eam pòst aluit commoditas, & honestavit usus; ultimum  
fuit, ut voluptati quoque non nihil indulgeretur.*

H. S.

*Mihi struxerunt alii, grandævus ego posteris.  
Anno à nato Salvatore M. D. XXXII.*

## Extra.

*Mors certa est, incerta dies, hora agnita nulli,  
Extremam quare quamlibet esse puta.  
D mensch werestu so starck als Samson/  
Auch so schön vnd jung als Absolon/  
Vnd hettest Alexandri macht vnd gewalt/  
Vnd Hippocratis kunst manigfalt/  
Dennoch mustu werden dem bittern tod gleich/  
Das mögen mercken arm vnd reich.*

## IBIDEM.

*Hoc postremum operum fuerit fortasse meorum,  
Namq; instat vitæ jam propè meta mea.  
Extruat ergo alius posthac, ego lampada trado.  
Jam domus in calo est adificanda mihi.*

Aa iiij.

Ampliff. V. præstanti dignitate & sapientia Jurisc. ex-  
 mio, D. Ludovico Fachsio, Illustriff. Principum Mauncii  
 & Augusti ELL. Consiliario, Profess. Jurisc. in Acad. Lips.  
 ordinar. de Rep. & civib. S. B. M. auctori judicior. & V. con-  
 sulari. mœstiff. uxor & liberi superstitt. conjugii & parenti  
 opt. ac cariff. S. H. M. P. CC. Mortuus pie, placidé. An.  
 Christi M. D. LIII. VIII. Id. April.

## P I Æ M E M. P.

*Qui prius eximia præstans virtute fideq;  
 Non habuit meritis ingenioq; parem,  
 Consiliis clarus Ludovicus Fachsius, hujus  
 Defuncti patrium nunc tegit ossa solum.  
 Hujus consiliis aulam prudentia rexit,  
 Judiciorum idem regula certa fuit.  
 Juris item studium, & legum doctrina salubris  
 Ordinis hoc habuit præsidiiq; caput.  
 Hac capit exigua spatium memorata tabella,  
 Hujus sed cunctos enumeranda viri.  
 Illustres laudis titulos, & nomina honorum,  
 Non capiant veteris totius ara cypri.  
 Beati mortui qui in Domino mo-  
 riuntur.*

## A L I U D.

Effigies illustriff. Principis Ducis Saxon. Mauricii Elect.  
 qui agens an. xxxiii. bello necessario fufis fugatisq; ho-  
 stibus, ipse fortiff. pro patria dimicans, accepto fraudu-  
 lenti ictus vulnere, die post III. in Castr. constantiff. & re-  
 ligiosiff. sanctam animam Salvatori Christo nostro tradi-  
 dit. v. die Jul. anno Christi Jesu M. D. LIII.

TITZMANNI DUCIS MISNENSIS JUXTA  
 altare templi S. Thomæ trucidati.

*Titzmannus ego sum: me olim genuere parentes  
 Albertus Princeps, Margaretaq; pia.  
 Imperium titulumq; dedit Thuringia nobis:  
 Marchia Lusatia, Misena & ipsa potens.*

*Quæ*

*Quaę patet vetus in planis Libanotria campis,  
 Et qua mundano flumine Ptisna lavat.  
 Frater erat Fridericus idem Marvortius heros:  
 Pro patria mecum praelia dira subit.  
 Nam superare datum est nobis victricibus armis  
 Bohemia populos, Saxoniaę duces.  
 Marchio de Brenburgk Waldemar nomine dictus,  
 Agmine devictus vincula nostra tulit.  
 Ascanius Princeps cecidit quoq; cuspide nostra:  
 Sed vitam supplex hic miser emeruit.  
 Romulidum reges, Albertus, Adolphus, & alter,  
 Non poterant nostras frangere Marte manus.  
 Viribus, o pietas, nostris sed terga dederunt,  
 Casareis opibus tunc ego dives eram.  
 Innumeri & nostro casi sunt ense Sævi,  
 Audentes patrios sollicitare deos.  
 Omnia sic vici, durum sed vincere fatum  
 Non potui, Lachesis quod dedit atra mihi.  
 Objicit illa mea crudelis pectora ferro,  
 Dum steteram cautus in medio Ecclesia.  
 Sic victor victus cecidi; virtute triumphos,  
 Et laudes meritas non rapit ulla dies.*

Obiit 8. Cal. Jan. Anno 1280.

Dantes Florentinus fecit.



## DRESDAE.

### SUB STATUA

#### HERCULIS.

**D**Ivo Maximiliano II. Imperatori Max. Cæs. Augusto,  
 ob desideratiff. illius adventum, Augustus Dux Saxo-  
 niæ Elector, gratulationis & observantiæ ergo fieri cura-  
 vit, ut heros inclytus sectam Calvinisticam in has terras  
 irreptam, & dissimulanter nutritam, Deo iuvante suo, &  
 opprimeret & vinceret: sicuti Lernam Hercules, numero-  
 sum licet monstrum, igne tandem vicit & mori docuit.

Aa v